per ipsam Nobilem Annam Dobrzanskam sui Recognoscentis Consortem legitimam et ipsius posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium, cum vniversis ips. vtilitatibus, et vsufructibus competentiaq. et praerogativa quavis tenen. habendi, et possidendi, illisq. quietè et pacificè vtifruendi, ac ad vsus suos et suorum successorum quosvis beneplacitos liberè et effectualiter convertendi Vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutiq. in Regno Poloniae observari solitarum.

Turzanska Popielowi Donat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Nobilis Helena Turzanska Nobilis Iwanko Turzanski cum Nobili Hala Popielowna Consorte ipsius legitima procreata filia Nobilis vero Iwan Terlecki Naniczutowski Consors legitima cum eiusdem mariti sui assistentia et vtroneo ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq. suis quibusvis propriis et competen. recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq. subijciendo palam libere publicè ac per expressum recognoscit. Quia ipsa bona sua propria et haereditaria in se Recognoscen. post fata Matris suae iure naturalis successionis in se devoluta videlicet Czwierc Pola iuxta metam infrascripti Donatarij ab vna, ab altera vero parte Nobilis Dobrzeniowska in bonis Villae Popiele et Kotow, Item piec Prętow Pola Pomiarki dicto nuncupato in loco na Maworni dicto iacen. ad eandem Quartam agri spectan. Item tertiam seu portionem Laborum et obsequiorum Laboriosi Stec Bakurow quantum ad interesse Recognoscentis spectat in Villa Kotow residentem, cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate, haereditate, tituloq. haereditario, atq. omnibus et singulis bonorum eorundem vtilitatibus fructibus, proventibus, redditibus commo

dis

bilis emolumentis obventionibus attinentijsque et pertinentijs generaliter universis. Nihil ex praemissis Juris Dominij, proprietatis, haereditatis, ac quibusvis competentijs et praerogativis prout Recognoscente suisque successoribus aut quopiam alio reservando, seu excipiendo, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, genere per speciem et e contra, in nullo derogando, verum ita late longe, circumferentialiterque, prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur, et prout eadem Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsamque concernebant, ac eadem legitime servicebant, Jam ex nunc et de facto Generoso Nicolao Popiel Dumicz eiusque posteris dedit, donavit, inscripsit et resignavit, prout dat, donat, ac titulo puro, mero, perpetuo, ac irrevocabilis donationis inscribit et resignat perpetuo et in aevum irrevocabiliterque. In quae quidem bona suprascripta sic donata, praemissaque omnia, haec eadem Recognoscens Nobilis Helena Tuszanska, praenominato Generoso Donatario suo, eiusque posteris iam ex nunc et de facto coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et Actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos, die quacunque voluerit officiose accipiendum, Per ipsum Generosum Nicolaum Dumicz Popiel Donatarium suum eiusque posteros, haec eadem bona praetensa donata, cum omni Iure, Dominio, proprietate, competentiaque et praerogativa quavis, tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad suos suorumque successorum, quosvis beneplacitos usus fructus, libere et effectualiter convertendi, perpetuo et aeternis temporibus. Debetque et tenebitur memorata Recognoscens, prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque quibusvis pecuniarum habitis et habendis, suprascripto Generoso Nicolao Popiel Dumicz Donatario suo inscribit et obligat praesentibus, ipsum et eius successores in dictis bonis praemissisque omnibus sibi Donatis et ratione

eorundem

eorundem omnium ab omni et quavis Impetitione Iuridica quarum-
cunq personarum, Cuiuscunq Conditionis, status et sexus cuiusvis exi-
stent ex occasione suprascriptorum modo quovis exoriunda, per
omnes praescriptiones Terrestres, prout ad quamlibet personam ter-
restris spectat et pertinet praescriptio in omni Iudicio et officio Re-
gni, semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere,
intercedere, et eliberare, indemnemq eum posteris reddere, nec
non bona praefata praesentem resignata, ab omnibus in genere Iuri-
bus, et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eisdem bonis
praesentem per se Recognoscentem donatis Cuiuscunq personarum modo quo-
vis factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus, su-
per eadem bona praemissaq omnia praesentem resignata importatis
et importandis, Lucris denique et Sertucris, Processibusq Iuris quibus-
vis in quocunq puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio
et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus prae-
sentem resignatis modo quovis perductis et perducendis, emundare et
eliberare, mundaq et libera semper facere, ac etiam Intromis-
sionem praefatam coram officio praesenti admissam, in fundo bonorum
praefatorum praesentem resignatorum, dum per Laniatores et Nobiles eius
officiose requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eam
libere dare, et effectualiter admittere, dataq et admissa eadem Posses-
sionem et usumfructum, praemissorum omnium et singulorum quovis
modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordina-
tas personas non praepedire nec adimere, ipsumq Generosum Nicola-
um Popiel Famulus Donatarium suum ac ipsius Successores in dictis bo-
nis praesentem resignatis tam in toto quam in quavis minima parte
non inquietari, ita ut eadem bona praemissaq omnia cum universis
eorundem utilitatibus et usufructibus is idem Donatarius suus cum
suis posteris, quiete et pacifice praesentem Inscriptionis Donationis rigore

tenore

tenere, habere, et possidere queat, illisq uti frui possit, perpetuo et in Aeuum irreuocabiliterq. Idq sub Damnis Terrestribus simpliciter absq corporali Iuramento taxan et educen per eand Recognoscentem vel eius posteros, suprascripto Donatario suo aut illius posteris, ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluend succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter taxatis modo praemisso ad soluend succubitis, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda, praefata existens, Nobilis Helena Turantka Nobili Iwanko Turantki cum olim Nobili Hala Poprelowna Consorte ipsius legitima procreata filia Nobilis vero Iwan Terlecki Naniczalowski Consors legitima siue eius successores, ad Instantiam praefati Gnosi Nicolai Poprel Dumisz vel eius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitan Premislien, Extunc recessu suprascripto quo ad respondend spectat mediante, semper in primo citationis termino, tamquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Damna praetaxata Terrestria simpliciter taxata luere, Inscriptioni huic satis facere, a se Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes causa eiusdem peremptorium, semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate successorum, Legatione citra vel extra Regnum seruitio militari, ad munimenta, ad exercitum, vel alijs quibusuis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem praeterea Ultra proximos officij, praefati Castrensis Capitan Premislien Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciend, ac praemissa omnia praedictis simplicibus vel triplicatis euasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri, bello, conuentioneq ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

praemisa Regni.